Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



66

magnificus in sanctitate terribilis atque laudabilis et faciens
mirabilia extendisti manum tuam et devoravit eos terra
lux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti et portasti
eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum Audierunt
populi et irati sunt dolores obtinuerunt habitatores Palestinae
tunc turbati sunt principes edom robustos moab obtinuit
tremor obriguerunt omnes habitatores chanaan Irruat
super eos formido et pavor in magnitudine brachii tui
fiant immobiles qui lapis donec pertranseat populus tuus do
mine donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti Im
troduces eos et plantabis eos in monte hereditatis tuae firmissimo
habitaculo quod operatus es domine sanctuarium tuum quod fir
maverunt manus tuae dominus regnavit in aeternum et ultra In
gressus enim pharao cum equitibus et equis eius in mare et reduxit
super eos dominus aquas maris Filii autem israel ambulaverunt per siccum
in medio eius Alleluia Domine in aeternum dominus regnavit et ultra.

Canticum Abacuc prophete. Domine audivi auditionem
tuam et timui Domine opus tuum in medio annorum vivificabis
illud In medio annorum notum facies cum iratus fueris misericordiae re
cordaberis Deus ab austro veniet et sanctus de monte pharan
operuit celos gloria eius et laudis eius plena est terra Splen
dor eius ut lux erit cornua in manibus eius Ibi abscondita
est fortitudo eius ante faciem eius ibit mors Egredietur
diabolus ante pedes eius stetit et mensus est terram Aspexit
et dissoluti sunt gentes et contriti sunt montes saeculi Incurvati sunt col
les mundi ab itineribus aeternitatis eius Pro malitia vidi
tentoria aethiopiae turbabuntur pelles terrae madian Numquid
in fluminibus iratus es domine aut in fluminibus furor tuus vel in mari
indignatio tua Quia ascendes super equos tuos et quadrige tue
salvatione Usque usque sustabis arcum tuum iuramenta tribu
bus quae locutus es Fluvios scindes terra viderunt te aquae